



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

61 Eloquentia plurimum valere. SS. Eucharistiam diuinis honoribus  
afficere. v. Theatrum vind diu. & Triumphum virt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

bere clauis cæli: ideo enim Salomon fecit ostia  
 sancti sanctorum ex lignis oliuæ, quæ misericor-  
 dia Symbolum est, & Christus in cælum ascensu-  
 rus, montem subijt Oliueti. 3. eum, qui dat paupe-  
 ri pecunias, Deo fenerari. 4. vectigal hoc, à Chri-  
 sto impositum, ex charitate animoq̃ue prompto  
 esse soluendum. Possit Deus vim terræ tribuere  
 ad fruges semper copiosas progignendas, sed vo-  
 luit diuina prouidentia, vt essent, qui tributum  
 hoc colligendo, paupertatis molestias patienter  
 tolerarent, & diuites eos subleuando charitatem  
 exercerent. Mendici Dei sumus, ait S. Augustinus,  
 vt agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos &  
 nostros.

Prom. 19.

Serm. 5. de  
Verb. Dom.  
in c. 7. Eccl.

## SIGNVM LXI.

EA, QUAE AD UTILITATEM PV-  
 blicam faciunt, inuenire, & conuenien-  
 ti oratione explicare, seu elo-  
 quentia valere.

Eloquen-  
tem esse.

1. Periclem, qui Remp. Atheniens. 40. annis gu-  
 bernauit, concionantem tonare, & fulmi-  
 nare, atque adeò vehemens in lingua fulmen ge-  
 rere dicebant. Idem liberis Athenarum cernici-  
 bus iugum seruitutis eloquentia sua imposuit, im-  
 mò Athen. Remp. suo arbitrio egit ac versauit.  
 (Cic. in Bruto. Plut. in Pericle.)

2. M. Cato Censorius, antequam Reip. se daret,  
 orationem, sicut alterum corpus & organum,  
 non honestum modò, verùm etiam necessarium  
 viro, qui non in obscuro sit, neque in otio vi-  
 tius, continuo patrociniò eorum, qui operam suã  
 requi-

requirebant, in finitimis vicis & oppidulis  
struxit & aprauit. Ac primum acris habitus  
causarum actor, deinde Orator insignis, in  
multi eum Demosthenem togatum appellat.  
Oratio moribus eius conueniens, lepida firmata  
grauis erat, iucunda & fulminans, faceta de-  
stera, sententiosa & acris. Pro seipso quatuor  
gies sexies reus causam dixit, estque semper  
absolutus. Valuit enim plus eloquentia, quam  
humanis rebus dominatur, & innocentia, quam  
omnes inimicorum insidias. *Plut. & Sabellicus*  
*cap. 6.*

3. *Philippus Rex Macedon.* non minores re-  
tione, quam praelio confecit, & magis sibi  
bat, si quam verbis adeptus esset victoriam, quam  
si quos armis in suam potestatem redegit. In  
rum enim partem sibi vindicare milites es-  
mabat; at illa ad suam vnus laudem pertinet.  
*Polyen. lib. 4.*

4. Princeps Romanae eloquentiae & Orator  
Romanus *Cicero* proscriptionum liberis per-  
sit, vt fortunis & honoribus carere, quam  
uum bellum intestinum excitare mallet. *De*  
*lo Trib. pleb.* Agrariam legem promulgatam  
agris populo in capita diuidendis, populum  
quamuis famelicum & esurientem, eloquentia  
sua ed compulit, vt legem repudiaret, suam  
alimenta sua abdicaret. Idem oratione  
*Catilinam* ciuem facinorosissimum Urbem  
Cum interfecto *Cesare* maxima esset in Urbe  
ta seditio, eam ipse & autoritate & oratione  
sua sedauit. Contra *Catiline* gregales con-  
banit *Platonis* vaticinium: *Malis ciuitatibus*  
*catum iri, vbi magna potentia & sapientia*

Vide fig-  
num 51.

*secunda fortuna cum iustitia.* Plut. Ingenium ipsius multo felicius fortunatusque futurum fuisset, si in meliora tempora incidisset. Labefactari enim iam tum coeperat status Reip. cum Syllanis armis non solum Italiae oppida, sed etiam viae ac castra Urbis civili sanguine redundauerant: cum eodem impetu & concussa iacebat legum Senatusque autoritas, & vna cum luminibus civitatis extinctis vox altera eloquentiae illorum temporum oppressa conticuerat. Quo quidem in tempore cum iste adolebens primum accessisset ad Remp. specimenque ingenij ac libertatis eiusmodi dedisset, ut facile appareret, quantus postea civis esset futurus, nunquam ex illo tempore usque ad extremum spiritum destitit vel labenti adesse patriae, vel priuatis ciuium amicorumque temporibus succurrere. Itaque propulsabat damna & pericula ab innocentium capitibus, bonos ac fortes viros in ciuitate retinebat, popularibus resistebat, autoritatem Senatus tuebatur, occulta consilia praeuidebat, imminentibus periculis longè ante occurrebat. Huius domus erat tanquam arx quaedam oppressorum ciuium, asylum miserorum, perfrugium exterarum gentium, cuius patrocinium implorabant populi ac Reges Orbis terrarum, ciues domi amplectebantur, Senatus cum ipsa Rep. tantis rerum momentis experiebatur periculofissimis temporibus, ut semel illius virtuti salutem communem, sepe alias rerum prosperitatem tribuerit.

*Vide vol. 1.  
Orat. Cic.  
Analysi  
Frugij illu-  
stratum.  
rent,*

rent, lacrymas profunderent. Sic eloquens potius  
vi vocis, quàm Martis feritatem morum lenit.

Maxima certè dos est ductorum populi elo-  
quentia, cum contencionis ac discordia capu-  
cie ingenij, non gladij valeant abscindere. Ni-  
nim eloquentia ducis in bello est causa, quò-  
minus in castris ardeat contentio: ita eloquentia  
ductoris populi est causa, quò minus in urbe  
seditio. Hinc Cæsar, Themistocles, & Xenophon  
fulmina belli & eloquentia, turbam militum  
Cicero, verò, & Demosthenes, eloquentia  
mina & fluentia, populi furorem mellitissimis  
linguis mitigarunt. Major est vis in voce  
loquentis, quàm in manu pugnantis. Præterea  
peritus Medicus morbos & vulnera periculis  
putredine; ita eloquens populi moderatores  
res & vlcera ciuitatis à seditione seruat.

*M. Tun. in  
Pol. quest.*

Non desiderari in Magistratu eloquentiam  
probare quidem videntur hæ rationes. 1. ab  
*ili & superuacaneo.* Mores dicentis periculosi  
solent, non oratio. 2. à danno. Oratio, quò  
est ad ornatum & ostentationem composita,  
veritate abesse longius putatur. (*Plato in  
cho. 3. ab exemplis eorum, qui eloquentia sua  
nocuerunt.* Plura detrimèta publicis rebus, quò  
adiumenta importare eloquentia consuevit,  
pit poenis scelestos, damnat bonos, in peccatis  
silia ducit, non seditiones modò turbasque  
populares, sed bella etiam inexpiabilia excitat. (*Arist.  
1. Rhet. c. 1. Cic. 1. de Inuent. 1. de Orat. Quin-  
lib. 2. c. 17.*) Apud Rom. Tribuni plebis horum  
seditiosi ac turbulenti plerunque eloquentiam  
luerunt. (*Cic. 1. de Inu. & in Bruto.*) 4. à  
lorum, qui eloquentes ipsam eloquentiam adiu-  
ferunt.

secuti sunt. Eiectus è Rep. Spartana fuit Ctesiphō,  
qui se profitebatur quauis de re diem totum di-  
cere posse. (Plut.) Athenis Oratores *ἄνευ*  
*ἡρωικῆς καὶ παδῶν* dicere iuebantur. (Arist.  
1. Rhet. c. 2.) Romæ olim Rhetores Vrbe eiecti  
fuerunt.

Quod autem è contrario Eloquentia maximè  
in Magistratu desideretur, sequentia ostendunt  
argumenta. 1. à conditione Magistratus ab alijs  
hominibus diuersa. Qui naniam gubernant, munus  
remigum regendorum alijs committere possunt;  
& suos habent famulos opifices, qui etiam ab-  
sentibus magistris opus suum peragunt, & per-  
ficiunt. Diuersa Magistratum est ratio, qui opus  
habent duobus, *ὃ καὶ βερῶντι, καὶ λόγῳ ἐγκε-  
λευόμενος*: mente gubernatrice, in seipsis; & o-  
ratione, iubente ac mandante alijs quid faciendū,  
aut omitendum sit. (Plut. de ger. Rep.) 2. à con-  
ditione populi, qui Magistratui tractandus. Magi-  
stratus tractat populum admodum insolentem,  
delicatum, contumacem, non obediētem in om-  
nibus: ideoque necesse habet verbis & oratione  
multa, quæ impedimento sunt, velut nodos quos-  
dam in ligno, aut abscessus in ferro mollire ac  
leuigare. (bid.) 3. ab incommodis diuersa populi  
tractationis. Non melius tractari populus & in  
officio contineri, quàm eloquentia potest. Neq;  
enim nisi auribus hic ducitur, hoc est, diserta o-  
ratione auribus percepta: & qui eum non auri-  
bus, sed ventre, id est, epulis & cominijs, vel  
maesupio, largitionibus, & donis, pertrahere  
cupiunt, hallucinantur. Est enim ratio ista  
*ἡ ἀπὸ τοῦ πρώτου & ἀτεκνῆς*, caret artē ac ele-  
gantia,

gantia, etiam rustici atque agrestes homines  
hac possunt. Deinde nihil tales ab ijs differunt  
qui bestias tractant, quod bestia quoque circi-  
rantur ac mansuetæ fiunt omnis generis cibarijs.  
(*Plut. de ger. Rep.*)

4. à vi & efficacia eloquentia, & 3. ab Exempla  
Veritatem enim ac iustitiam eloquentia desin-  
dit; leges, iudicia, iura describit; hominum co-  
tus tenet, mentes allicit; voluntates quò ut  
impellit; languentem populum incitat, effren-  
tum regit ac moderatur; seditiones aut auge-  
tit, aut sedat ac tollit. Testes sunt: *Thesens*, qui  
agris Atheniensium populum eloquentia con-  
pulsit: (*Pausanias in Atticis.*) *Solon*, qui ad bellum  
suscipiendum, & repetendam Salaminem Athe-  
nienses oratione animauit: (*Plut.*) *Cyrenus*, qui  
multas ciuitates in Pyrrhi voluntatem pellexit,  
vnde Pyrrhus Rex dicebat: Plus sibi vrbium  
lingua, quàm armis suis partum esse: *Philo-  
mus* I. C. qui solo linguæ & purpura præfido-  
pe à militum ira Alex. Seuerum Imp. strenue  
fendit: *Lamprid.* *Themistocles*, qui Atheniensium  
persuasit, vt annuos redditus argenti fodinam  
qui viritum quorannis inter populum distribu-  
bantur, ad ædificandam classem transferret:  
(*Plut.*) *Demosthenes*, quo loquente pacem & libe-  
ra Atheniensis populus suscepit, suscepta deinde  
sunt, fœdera cum Regibus iunxit, iuncta quoque  
dissoluit: (*Idem.*) *Epaminondas* Thebanus, qui  
cum in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum  
tyrannide ac libidine dominandi multa dixisset,  
vsque ad eò Græcorum animos commouit, vt  
Lacedæmonijs deficerent, & Leuctrica calan-  
tatis otiosos spectatores sese exhiberēt, ita per  
lingu-

lingua, quàm armis vicit Lacedæmonios. (Probus.)

6. *Ab vsu singulari eloquentia in seditionibus.* Quantum enim in ijs sedandis proficit, ostendit Virgilius i. Aeneid. his versibus:

*Ac veluti magno in populo cum sepe coorta est  
Seditio, seuitq; animis ignobile vulgus,  
Iamq; faces, & saxa volant: furor arma mini-  
strat:*

*Tū, pietate graue, ac meritis si forte virum quē  
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant:  
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

7. Brevis oratio P. Valerij armatam plebē Rom. quæ Regibus exactis, nimia libertate secesserat à Patribus, in pristinam modestiam reduxit: Populum, ait Val. lib. 8. c. 9. noua & insolita libertate temerè gaudentē, oratione ad meliora & saniora consilia reuocatum Senatui subiecit, id est, vrbem vrbī iunxit. Verbis ergo facundis ira, consternatio, & arma cesserunt.

2. Menenius Agrippa cum populus à Patribus secessisset, nec reuocari posset, etiam solus eum oratione sua flexit. (Liu. lib. 2. Dionys. l. 6. Plut. in Coriol. appian. lib. 1. Plin. de Vir. illust. c. 18.)

3. Furius Camillus populum Rom. migrare Veios volentem retinuit; atq; ita & oppidum ciui- bus, & ciues oppido reddidit, oratione egregia, quæ extat apud Liu. lib. 5. Plin. c. 23.

4. Pompilius Lenas Consul plebis contra Patres seditionem concitatam, cum auctoritate, tum oratione sua sedauit. (Cic. in Bruto.)

5. P. Scipio militum seditionem ex diuturno partim otio, partim stipendijs non solutis ortam co. posuit. (Liu. lib. 28. Polyb. lib. 11. Alex. lib. 2.)



Cauendum tamen Magistratui. 1. Ne iuuenilis sit & luxurians oratio. 2. ad Theatrum, hoc est pompam ac ostentationem quandam conformata. Seneca epist. 115. Oratio fucata ostendit Oratorem non esse sincerum. 3. lucernam redolentium quibus diligens ac sollicita & exquisita ad laudem captandam accommodata. Contra data opera, ut in oratione appareant mores non facti sed aperti ac ingenui; animi magnitudo; & veritas non simulata ac stulta. dicendi libertas, veritas prudens, & ex animo paterno profecta, non inimico ac hostili; sapientia & providentia, sed in temeraria atque inanis, verum sollicita de civium ac subditorum salute & fortunis; gratia atque persuasio idonea, sed in proposito bono ac honesto; sententia ac verba cum gravitate composita; nihil absurdum, ridiculum, ineptum, impudens, alienum, continentia, &c. (*Plur. de ger. Rep.*)

Declinanda etiam prolixitas in dicendis sententijs, & studendum brevitati est. Nam prolixitas in dicendis sententijs habet ostentationem ingenij, eloquentia, & memoria; est molestior auditoribus, maxime ijs, qui curis varijs distracti, seu distracti, distenti que tenentur. (*ibid.*) Haec gaudent, seipos loquendo, alios audiendo inagant, raro que solidi quid adferunt. Quoniam dum enim vasa vacua plurimum sonant, minus docti ac sapientes fiunt, plurimum verborum profundunt, & verba multiplicant. (*Isa. 57. 14.*) Contra ut gemmae, sculpturae, & netae, non magnitudine, sed vel arte, vel pondere aestimantur; ita orationes non paginarum versuum multitudine, verum sententiarum gravitate & gravitate rerum ponderantur. (*ibid.*)

ibid.) ita tamen breuitati studendum, ne inde obscuritas aliqua oriatur, omittantur necessaria.

Hæc obseruata si fuerint, eloquentia plurimum cum emolumentum, cum ornamento adferet Magistratui, nec obstant obiecta. Nam ut mores dicentis persuadent, ita hanc simul ad rem necessaria est oratio, nec Orator, nisi vir bonus extiterit, hoc tam augusto dignus est nomine ac titulo. Nec ad ostentationem composita, & à veritate recedens probatur oratio. Contra abusum eloquentiæ adhibendum est illud Aristotelis: *Communio est omnibus honorum generibus, & maxime præstantibus, sola virtute excepta, ut ipsi plurimi abutantur.* Et vsurpandum quod Quincil. lib. 2. c. 17. adfert: *Hoc modo nec Duces, nec Magistratus esse vitales posse, si abusus vsus tolleretur.* Lingua similis est clauo nauis, qui etsi minima sit pars nauis, eam tamen mergere potest.

## SIGNVM LXII.

EXEMPLA SEU FACTA PRAECLARA bonorum imitari, & suo viuo exemplo alios ad virtutis amorem inflammare, seu per virtutem civibus suis exemplum fieri.

Exemplo virtutum alijs præluere.

1. *Sec. 1. de Cesarib. c. 7. refert Iulium Casarem, Quaestorem in vltiore Hispania, cum Gades, quæ vrbs hodie Calis malis dicitur, venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, grauem ex imo pectore duxisset gemitum, & interrogatum gemitus causam, respondisse: O rem indignam, trigesimo ætatis an-*